17.

Markgraf Heinrich eignet dem Hospitale zu St. Johannes alle Einkünfte aus dem Schrotamte zu Freiberg und giebt dem Rathe das Recht, den Rector des Hospitals zu wählen.

Tharandt, 1255 Jan. 1.

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 35. Das wolerhaltene Reitersiegel an Fäden von rother Seide (A). Or. ebendaselbst. Das am Rande beschädigte Reitersiegel an Fäden von gelber, weißer und lila Seide (B). Die Zeilenabtheilung nach A.

Gedr.: Horn Henricus illustris 312 (nach A). Wilisch Kirchen-Historie der Stadt Freyberg Cod. dipl. 6 (nach B). Klotzsch Schrotamt 119 (nach A und B).

Anm.. Ein im 15. Jahrhundert aufgestelltes Verzeichnis der Urkunden des Freiberger Rathsarchivs (Rathsarchiv Freiberg Matricula civium fol. 153[b]*) führt einen* bestetigisbrieff marcgraffen Heinrichs obir das schrotampt und das dy burger dy schroter haben zu setczen *vom Jahre 1255 und außerdem (fol. 154) einen* bestetigisbrieff von marcgrafen Heinrich obir das schrotampt und das dy burger eynen spittelmeister zu kißen und zu setczen haben *von 1250 an. Vergl. Klotzsch Schrotamt 31. Wie die Jahreszahl der letzterwähnten, offenbar mit der nachstehenden identischen Urkunde irrig ist, so möchte ich auch die Richtigkeit der anderen Angabe bezweifeln, um so mehr als das Verzeichnis überhaupt viele Fehler enthält. Wahrscheinlich sind die Urkunden von 1255 und 1250 dieselben, und die Schröter sind nur durch einen Irrthum statt der Spitalmeister in das Verzeichnis gekommen.*

:In nomine sancte et individue trinitatis amen.: Heinricus dei gratia Misnensis et | Orientalis marchio Thuringie lantgravius et Saxonie comes palatinus omnibus in perpetuum[a]). Quoniam generatio | preterit et generatio advenit nichilque permanens est sub sole, sed mutabilitati subjacent universa, idcirco necesse | est in scriptis redigi, quod nullatenus vel ex difficili propter rerum mutabilitatem et hominum oblivionem posset memoriter conservari. Ob hoc igitur pia consideratione moti cupientes summo desiderio ea que ad cultum dei provenire poterunt pro posse nostro omni diligencia pocius ampliare quam aliqualiter enervare, omne jus feodale, quod bone memorie Heinricus advocatus filius Riperti, Wernerus advocatus et Nicolaus advocatus Vribergenses in officio illo Vriberc, quod schrotammecht[b]) wlgariter[c]) nuncupatur, a nobis feodali jure et titulo possederunt et in manus nostras libere resignarunt, hospitali sancti Johannis ewangeliste in Vriberc jure proprietatis contulimus in perpetuum possidendum, nolentes idem hospitale a nobis et heredibus nostris in posterum[d]) in ipso officio molestari aliquatenus vel turbari. Nostre eciam voluntatis existit, quod rectore ejusdem hospitalis sublato de medio burgenses nostri de Vriberc alium rectorem eligant, qui expediat illi loco. Ut itaque factum presens stabilitatem obtineat[e]) in futurum, presentem paginam super eo conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Datum in Taranto anno domini M° CC° LV°, kalendis januarii, XIII[e] indictionis. Hujus autem rei testes sunt Albertus dapifer noster de Burne, Rudolfus de Luppe, Cristanus de Buntense, Nicolaus advocatus de Vriberc, Th[eodericus] dictus Swellephage[f]), Wernerus advocatus, magister C[hristoforus] curie nostre notarius et Johannes capellarius[g]).

(S.)

17. *a)* imperpetuum *B.* *b)* scrotammeith *B.* *c)* wlgaliter *A.* *d)* imposterum *B.* *e)* optineat *B.* *f)* Swellepage *B.* *g)* cappellarius *B.*